2.

FATA AMICORVM.

TRAGOEDIA
CVM
DRAMATE MVSICO
LVDIS AVTVMNALIBVS
EXHIBITA,
ATQVE
AMPLISSIMIS HONORIBVS
CELSISSIMI, AC REVERENDISSIMI
DOMINI, DOMINI
LVDOVICI, IOSEPHI
EX ILLVSTRISSIMA, AC ANTIQVISSIMA
PROSAPIA S. R. I. LIB. BAR. DE WELDEN
IN HOCHENALTINGEN, ET LAVBHEIM,
S. R. I. PRINCIPIS ET EPISCOPI FRISINGENSIS,
DOMINI, DOMINI
CLEMENTISSIMI
A
DEVOTISSIMIS MVSIS BENEDICTINIS
LYCEI FRISINGENSIS
DEDICATA
ANNO MDCCLXXIX. Diebus 3, & 6 Sept.

Typis Sebastiani Mösmer, Typogr. Aul. & Lycei,
nec non priuil. Bibliop. Bauar.

ARGVMENTVM.

Fata Amicorum, & luctu, & ſolatiis plena praeſente in ſcena exhibituri, geminos ſpectatum Viros damus, primae quemlibet inter ſuos nobilitatis; alterum Romae, Athenis alterum conſpicuos; FLAVIVM nempe TITVM QUINCTIVM, & GISIPPVM; Amicos, ſiquos olim, integerrimos; quin prope quod verius, geminum ſeruatae ad aram amicitiae miraculum; aut imitatu, aut ſiquem ſortis acerbitas terreat, miratu certe digniſſimum. Sors laeta adoleſcentes admodum Athenis junxit: aduerſa ſed Viros Romae tentauit, heroicam vtriusque conſtantiam exploratura. Prior GISIPPVS luctuoſiſſimas nouercantis fortunae vices tulit; propter ipſam TITI neceſſitudinem exortae ſubito Romanos inter, & Athenienſes ſimultatis aut reus ipſemet, aut ſuis ſuſpectus ſaltem, triſte in exilium eiectus. Et multo iam tempore exul Romam ſe contulit,

meliore

meliore apud amicum vſurus ſorte. Eandem ſed expertus; multo quin acerbiorem, inferendae ſibi per inediam necis conſilium cepit, impletum & forſitan, intempeſtiuam ni voluntatem nouiſſimum praeuertiſſet fatum. Mox etenim alieno inſimulatus crimine, in vincula, carceremque coniicitur, capitis damnatur, ipſoque ſuffragante TITO, amicum inedia confectum haud cognoſcente, ſecuri addicitur. Iamque ferale pegma miſer conſcenderat, cum a Tito repente cognitus, iſtud demum ſolatii medias inter fatorum acerbitates tulit, vt amicum datae fidei memorem, & ipſam quoque ad aram videret pium. TITVS quippe, vt amicum pariter, ſorte iniqua vexatum peſſime, praeſente fato eriperet, incolumemque ſeruaret, vitae periculum ſubire, famaeque ſimul iacturam pati non exhorruit; ſtupeſcenſe deſuper Roma, tantamque amicorum fidem condignis praemiis coronante. Plura lecturis Acerra dabit philologica *Cent. II.*; noſtrum ſed ſpectaturis theatrum.

In ſcenam vero muſicam ex fabuloſa antiquitate conſimiles adducere amicos

placuit ; ORESTEN ſcilicet, atque PYLADEN: de quibus hunc in modum Poeta exul:

Nec procul a nobis locus eſt, vbi taurica dira
Caede pharetratae paſcitur ara Deae. - -
Quo poſtquam dubium, pius, an ſceleratus Oreſtes,
Exactus furiis, venerat ipſe ſuis;
Et comes exemplum veri Phocaeus amoris,
Qui duo corporibus, mentibus vnus erant.
Protinus euincti Triuiae ducuntur ad aram,
Quae ſtabat geminas ante cruenta fores.
Nec tamen hunc ſua mors, nec mors ſua terruit illum:
Alter ob alterius funera maeſtus erat.
Et iam conſtiterat ſtricto mucrone Sacerdos:
Cinxerat, & graias barbara vitta comas;
Cum vice ſermonis fratrem cognouit, & illi
Pro nece complexus Iphigenia dedit.

Ouidius L. 4. triſt. Eleg. 6.

Caeterum quod Poeſis, ſua pro libertate, vtrinque mutauit, vel adiecit, aequi, precamur, conſulat Lector beneuolus.

Scena denique Actionis Romae; Dramatis vero muſici in regione Taurica ad Fanum Dianae figitur.

MODVLOS

MODVLOS MVSICOS COMPOSVIT

Nobilis, ac Virtuosus Dominus Augustinus Vllinger, Celsissimi, ac Reuerendissimi S. R. I. Principis, & Episcopi Frisingensis Capellae Vice-Magister, & Camerae Compositor.

****

PERSONAE DRAMATIS.

ORESTES, *Agamemnonis ex Clytemnestra Filius.*

PYLADES, *Orestis Amicus, & indiuiduus Comes.*

IPHIGENIA, *Dianae Tauricae Sacerdos, Orestis Soror.*

Iphigeniae Comites, *sub nomine, & habitu Dryadum, quarum prima*
MELISSA.

NICIAS, & MEDON, *Amici foedifragi.*

GENIVS AMICITIAE, *quem Charites comitantur.*

PASTORES.

PERSONAE AGENTES.

TITVS, FLAVIVS QVINCTIVS, *Ordinis equeſtris Vir; Amicus Giſippi.*

GISIPPVS, *nobilis Athenienſis, Titi amicus: mutato in ſcena nomine Phyaſtes.*

VARVS, *Conſul romanus.*

BRVTVS, *Eques romanus, alter Titi amicus.*

AMBIENVS, *Titi germanus Frater.*

AMBVSTVS, *Ciuis romanus.*

CAIVS, *Tribunus Militum.*

FLACCVS, *Carceris Praefectus.*

VATES FORTVNAE cum Sacrificulis.

Faſcigeri. Milites. Lictores.

PARS I.

PARS I
DRAMATIS

Falsam a vera discernit amicitiam,
poenasque adumbrat perfidorum.

SCENA I.

Iphigenia, eiusdemque Comites venationi accinctae.

Iphig.

Adeste Dryades! — fida famulantum cohors!
Ad solita nos Dea vocat obsequia. — Noua
Quaerenda Triuiae est victima; litandum Polo.
Agite! humeris aptate pharetras; densaque
Lustrate mecum nemora.

Melissa.

Magnae quod volunt
Iussa Dominae, deuota famulantum cohors,
En! impigro decertat implere studio.

Iphig.

Ad rem itaque. -- Solitas sed prius mecum preces,
Votaque Dianae subplicia persoluite!

CHORVS
DRYADVM
praecinente Iphigenia.

*

Iphig. *Ter optima*
Siluarum faue Domina!
Tibi totas,
Nos deuotas
Intuere famulas!
Elargire gratias.

*

Chorus. *Ter optima*
Siluarum faue Domina! &c.

* *

Iphig. *Imperuias*
Ferarum pande latebras;
Ne errantes,
Deuiantes
Fallant nos veſtigia.

*

Chorus. *Ter optima*
Siluarum faue Domina! &c.

* *

Iphig. *Si callida*
Tendantur feris retia;
Fac, vt grata,
Exoptata
Conſtringatur victima.

*

Chorus. *Ter optima*
Siluarum faue Domina! &c.

Iphig.

* *

Iphig. *Fruſtranea*
Venantum ni ſit opera,
Mox oblata,
Imperata
Tibi cadet hoſtia.

*

Chorus Oden abſoluit.

Sic proſpere,
Te auſpice,
Fac tuae pergant famulae.
Da, quaeſitam,
Concupitam
Hanc ad aram reduces,
Praedam ferant Dryades:
Nec impigra
Haec ſtudia
Tu dedignare Domina.

* *Abeunt in ſiluam interiorem.*

SCENA II.

Oreſtes, & Pylades cum ſociis ex ſilua anteriore prodeunt.

Oreſtes.

Abiere tandem. — Sed boni, o Pylades, Dii;
Simul omnis aueruncet hoc malum Polus.
Quid etenim? Oreſten ſi petant haec impigra
Dryadum ſtudia? — Meque ſibi victimam velit?
Dea Triuia? — Quid, amabo? ſperandum boni
Miſero? —

Pylades.

Quod haec iurata Pyladis iuſſerit,

Hoc ſpera, Amice! fides.

Nicias ſeorſim.

Tacitus & ipſemet
Siniſtra quaedam timeo. — — Simulanda eſt tamen,
Verbisque danda fides.

Ad Oreſten.

Ad aram nos quoque
Fidos habebis vsque comites. — Et mali,
Quaeſo, quid inde ſomnias?

Pylades.

Id age precor!
Mentem indue nouam; ſpemque meliorem cape!
Quietus eſto! — tuta cernis omnia.

Oreſtes.

Falleris, Amice! ſat eſſe nil tutum poteſt;
Suſpecta ſed mihi videntur ſingula.
Fieri quietus nequeo. — Male qui conſciam,
Reamque ſceleris in ſinu mentem fouet,
Ridente quantumuis Polo fulmina timet;
Et omnis aeternum exulat mentis quies.

* *

Vt male tutum mare, Mens rea ſic mouetur;
Quietum neſcit ſtare; Sic fluctuat, torquetur
Sed turbatur, Vel ignoti,
Agitatur Et remoti
Leui motum flamine. Mali ab imagine.

Pylades.

Ah! mitte tandem; — mitte, frater pallidas
Ex mente curas. — Solue potius, quae pia
Feciſſe placuit vota Triuiae; & priſtina
Tibi redibit mentis adflictae quies.

Hanc,

Hanc, eia! ad aram flectere; piisque precibus
Placidum Dianae Numen inuoca.

Oreſtes.

Vt iubes,
Amice! — viſum quod tibi fuerit optimum
Id ecce! facio.* — Sed heu! — opem Pylades! —
Ferte ſocii! (opem

Pylades.

Siniſtra vah quaenam omina!
Adeſte comites! — malum ab Oreſte auertite!
Ne, quaeſo! miſerum deſtituite, quem ipſemet
Iuuare nequeo.

Medon.

Hem! perdita eſt omnis opera.
Iuuare miſeros, quis ſtygem contra valeat?
Ipſummet implorate vobis Herculem,
Emiſſa qui ſolus domabit e ſtyge
Haec monſtra. — Iam mihi conſulendum cenſeo.

Nicias.

Tecum & ego, frater! tutiora ſeligo.
Quid enim cutem dediſſe propriam iuuat,
Aliena dum petitur.

Pylades.

Datam adiuro fidem,
Socii!

Medon.

Sat iſta hanc vsque ad aram praeſtita.
Nunc ſanctior praeſtanda nobismet fides.
Valete! — tuta quaerimus.

Pylades.

Vah perfidos!

Nicias

---

* *Oreſten prius, dein & Pyladen Dracones inuadunt igniuomi.*

Nicias, & Medon.

* Eheu! — periuimus! — periuimus!

Oreſtes.

Mala

Proh quanta terrent!

Pylades.

Linquor ipſemet animo

Seruate Oreſten, Coelites!

SCENA III.

Adparet in nubibus Genius amicitiae, quem charites comitantur.

Genius.

Seruabitur

Per dura ſi fuerit probata fides.
Bene meritam neglecta mercedem tulit.
Tentanda adhucdum vera, meliorem vt ferat.

*

Foedifragi
Haec merces veſtra Socii!
Nubilo tempore *Vindice fulmine*
Foedera frangite; *Fatum perfidiae,*
Rem vobis ſed malam cauete! *Acerbas & vices pauete!*

Vos ſed fideles perſeuerate Comites!
Per me nouos recipite ſpiritus. — Manet
Grauior amoris vtrumque mox lucta. — Parient
Sed fata lauros. — Agite, Charites! ad noua
Hosce pugiles animate amoris praelia;
Et fida mecum roborate pectora.

Genius.

---

* *Fulmine proſtrati pereunt.*

*

Genius.

Subite nouam alacres
Pro fide luctam pugiles!
Fortes pugnate!
Durate.

*

Charites.

Victores inde reduces
Victrice lauro Charites,
Ne dubitate!
Rediment vos.

*

Genius.

Insurgant licet Tartara,
Amoris rumpant foedera;
Firmi perstate!
Amate.

*

Charites.

Post densa orci nubila
Serena Poli sydera,
Firmi sperate!
Reficient vos. *

SCENA IIII.

Orestes, & Pylades.

Pylades.

Hem! — quis nouos repente suffecit animos?
Ludorne, vel procul omnis discessit pauor?
Num vera credam, visa quae modo somnia?
Nouas vel inde suspicer praestigias?
Sed absit. Agnosco fauores Coelitum.
Sapio. — — Fideles vsque sic amat Polus,
Seruatque Comites. — Triste perfidos manet,
Perditque fatum, sancta queis non est fides.
Et ecce! — saluum simul amicum conspicor.
Respira, Orestes! omen, ecce! euanuit.
Simulque monstra nos reliquere stygia:
Sociosque solum perfidos fatum abstulit.
Sperare mitiora nos Polus iubet.

Orestes.

---

* *Inter nubes disparent.*

Oreſtes.

Dum fata nempe intentet vtrique vltima.
Fuge Pylades! — fuge precor; & Oreſten ſuis
Relinque fatis, cuius acta iam ſalus;
Quemque Superi, Inferique perditum volunt.
Heic ergo reduces ſtat operiri Dryades,
Et vltimas ſubire fatorum vices;
Miſeramque vitam hanc Triuiae ad aram ponere.
Tu patriam reuiſe ſecurus tuam;
Meisque, ſi lubet, parenta manibus.

Pylades.

Ah! ſpera, Amice! — ſoſpitem, crede! patria
Vtrumque laeta cernet. — Aut ratum Polo
Si forſan aliter fuerit, hac mea quoque
Stat mente fixum, temet ad tumbam ſequi,
Datamque fuſo ſanguine adſtruere fidem.

Pylades. *Oreſtes.*

*

En! conſcia *Omniſcia*
Adiuro ſydera. *Conteſtor Numina.*
Ni dato velim ſangui- *Pro meo, frater! ſce-*
ne *lere*
Iuratam fidem ſoluere *Ah! vitam noli fundere.*
Sit iſthaec anima *Peribit altera*
Deuota ſtygi victima. *Sic mea tecum anima.*

*

Oreſtes.

Ah! propriae
Saluti, quaeſo, conſule:

Pylades.

Eſt nefas fidem frangere.

Pylades.

Pylades.

Me perfidum
In ſocium
Laceſſere Tartara
nolo.

Oreſtes.

Non perfidum,
Sed liberum
A fatis manere te
volo.

Oreſtes.

Ah! tutus vade Pylades!

Pylades.

Te ſequar: teſtor Coelites.

****

ACTVS I.

SCENA I.

Giſippus ſolus.

Quousque tandem, magna Olympi Numina!
Tuque miſerorum Tutor, alme Iupiter!
Quousque per te ſortis aduerſae vices,
Fataque manebunt triſtia miſerum? --- Ergone
Tetrum vsque, tartareoque funeſtum magis
In me furorem faucibus plenis vomet
Liuida Tirannis? --- Maxime o Rector Poli!
Vah! quando rebus dabitur adflictis modus?
Benigniores ſpero dum miſer vices,
Grauiora ſuccedunt prioribus mala.
Grauis accidit minantis ira Patriae,
Suoque me pellentis e gremio furor.
Grauior premebat ciuium ingrata indoles,
Me contra pro liuore ſuffragantium.

Sed

Sed modo quod isthunc penitus eneruat sinum,
Simulque pectoris ima proscindit mei:
Ipsummet, heu! alium esse Titum suspicor.
Semel, iterumque visus, haud oculo tamen
Dignari amicum voluit; aeternum licet
Sinceri amoris foedus isthoc pignore *
Firmarit olim, meque perpetuam in fidem
Susceperit, ad aram vsque seruandam integre.
Sic Tite! fidei sic memor viuis tuae,
Me, quondam amatum, vt ipse amicum respuas;
Te propter extorrem modo, domoque patria,
Bonisque proscriptum suis? --- --- Sit attamen.
Nil sancta porro si tibi valeat fides,
Tu mihi valeto pariter. --- Aeternum bene
Valeto tamen. --- Ast caue, neglectam ne fidem
Superi reposcant, graue luendam perfido.
Vadam ego: nec inde procul tamen vadam miser;
Fatique, faxim, certiorem te mei
Haec ipsa reddat vltima Gisippi manus,
Amicum adhuc amantis, vtut perfidum.

Ambustus intra scenam. **

Adesne tandem concupita diu fera?

Gisippus.

Heu! terror instat nouus.

Ambienus pariter intra scenam.

Amice! falleris.

Nostine fratrem? --- ---

Ambustus.

Strictus hunc petit Chalybs.

Gisippus.

---

* *Annulum in pignus amicitiae a Tito acceptum ostendit.*

** *Stricto mucrone Ambienum adgreditur.*

Gisippus.

Non ergo Gisippum; -- alia nempe quem manent
Fata. -- Propiores sed veniunt. — Cedam loco:
Specumque, fatis apta quae meis, petam.

SCENA II.

Ambienus. Ambustus.

Ambienus.

Ambuste! parce! --- ---

Ambustus.

Morere stygе dignum caput!

Ambienus.

Quid heu! amice! morte quid dignum tamen
In te patraui? --- ---

Ambustus.

Perge ad orcum. Styx necis
Causſam docebit.

Ambienus.

Morior. -- Heu! -- morior -- miser. --

Ambustus.

Io Triumphe! sorte ter fausta meis
Fauente tandem rebus inuisum iacet,
Suoque mersum sanguine, hem! natat caput. -- --
I nunc! honorum scande, quos velis gradus!
Fasces superba mente posthac cogita;
Tuumque deride superior Aemulum!
Sternenda nempe per scelus ad alta est via,
Ad nostra quando vota surdescit Polus.
Nolint, velintue Dii: per ego pulcrum hoc tamen
Facinus ab ima fece ad altum prouehar
Honoris apicem. Nilque iam mea interest,
Qua concupitam ducar ad metam via.

Saeuiat in hoc licet nouercantis Poli
Duritia caput; & mille decernat rotas
Iupiter: inanes attamen rideo minas.
Nil bruta terrent fulmina. Sat orci dabunt
Praesidia tutum. --- Fraus tamen noua expedit.
Quod haec patrauit dextera occultum nefas,
Arte est tegendum subdola, alter vt luat
Facinoris admissi reus; nihil & meum
Grauet siniſtri pectus. --- Adiuro stygem,
Et atra quidquid tartari condit specus:
Quod nulli apertum, lateat hoc porro scelus!
Iamque ipse Tito triste nuncium feram
Fratris perempti: sceleris autorem & alium
Dabo; vota pariter qui moratur iam mea.
Is ipse, faxim, mucro fatalem strophaM
Euoluat in Bruti caput. — Sat consuli
Reum probabit clam lateri ademtus chalybs.
Coeptis faueto Tartari nigrum Chaos.

SCENA III.

Brutus ad priorem.

Brutus.

Ambuste! --- quo te corripit citum via?

Ambustus secum.

Fingenda modo frons alia mihi.

ad Ambienum.

Titum peto,
Casus nefandi nuntium vt triste referam.

Brutus.

Quale sed, Amice! triste loqueris nuncium?
Fors tibi monendus, rem malam vt caueat sibi
Vir

Vir ſorte dignus optima, cuius ſinum
Nihil ſiniſtri adfligat, aut premat velim?
Ambuſte! loquere! — Siquid in me virium,
Tutum a periclis haec manus Titum dabit.
Edic! Amico loqueris.

Ambuſtus.

Ipſimet quidem
Nil imminet Tito mali. — Aſt vulnus tamen;
Lethale fratris vulnus adfliget virum.

Brutus.

Vulnus ain! — heu! quid ſuſpicer demum mali?
Ambuſte! da certa precor. Intimi lego
Doloris in facie notas. Magni ſubeſt,
Ni fallor, aliquid.

Ambuſtus.

Haud amice! falleris.
Leue nihil huic ſubeſt rei: vetat eloqui
Is ipſe, quem fronte ex mea legis, dolor.
Sed cuncta paucis vt habeas; — triſtem hanc vide
Scenam. — Quid, heu! plura?

Brutus.

Superi! — Ludis? mihi?
An vera monſtras?

Ambuſtus.

Vera; quin veriſſima
Ah! Brute! monſtro. — Huc ſolus ecce! per otium
Delatus, Ambienum, amatum mihi caput,
Ferro, heu! peremtum repperi. Heic ſtratum vide!

Seorſim.

Haec ipſa, faxim, te pariter ſcena maneat.

Brutus.

Iuuate ſydera! — iacet heu! virum optimus;
Vnaque dulcis noſtra ſpes omnis iacet.

Ambuſtus.

Amice! corpus interim cures, precor!
A Tito egomet dum feram huc redux pedes.

Brutus.

Factum puta. --- Solare, quo poſſis modo,
Virum!

Ambuſtus.

Volenti hoc ſuggeris.

In diſceſſu ſeorſim.

Tuus aſt mihi
Solamen interitus dabit.

SCENA IIII.

Brutus ſolus.

Et verum, heu! putem,
Quod heic meos offendit obtutus? --- iaces
Ergo Ambiene! & barbara, infami iaces
Manu peremtus? -- Vah! nefandum quis ſcelus,
Crimen quis atrox, mille quod dignum rotis
In te patrauit? --- Nota ſi mihi barbara,
Crudelis haec manus foret; teſtor Iouem,
Maeſtum nitentes & Poli teſtor faces!
Iuſti furoris victima actutum nocens,
Infame, ſtratum caderet hac manu caput.
Latebit attamen haud diu tigris effera;
Vindex ſed ipſe Polus apertum mox dabit
Nefas ſceleſtum: & quae repente nocentium
Terga premit, aequa Themis, ſua mox eruet
Triſti e cauerna crimen, etſi ſub nigra
Lateat ſepultum ſtyge. Luet bene meritas
Hac promouente mox reus poenas. --- At en!
Cinctus frequente milite huc Caius pedes.
Is ipſe, puto, requiret in dirum hoc ſcelus.

SCENA V.

SCENA V.

Caius cum Militum manu, & Lictoribus ad priorem.

Caius.

An nemo, Brute! visus heic modo tibi
Suspectus esse qui potuit? — In impium
Inquiro, saeuumque caput. — Ambustus mihi
Oblatus ante per viam tetrum nefas
Retulit patratum. Sceleris autorem tamen
Quaesitus a me, proximas illum vias
Tenere docuit. Notus hic forsan tibi?

Brutus.

Haud alius ipsum praeter Ambustum hic meos
Aduertit oculos. — Crede! iam fuga sibi
Consuluit impius. — Sed Ambustus reum
Si forte vidit, vtique virum nouerit;
Palamque nomen dare potuit.

Caius.

Omnis mihi
Suspecta res est. — Visus heic nemo tibi;
Nec inde procul abesse reum Ambustus refert.
Quis ergo iam vera mihi? Cuinam vel fides
Habenda maior? — Ambienus ast vbi,
Quem latro sustulit? — Ipse vt Ambustus mihi.

Brutus.

Heic cerne peremtum. — Missus ex vulnere cruor,
Calidus adhucdum, sat recentes indicat,
Quas a latrone, vah miser! plagas tulit.

Caius.

Haec vera tandem, quae video. — Parum hinc viae
Suamet in fuga latro emensus, procul

Aut inde abeſſe nequit: aliud aut quidpiam
Latet rei.

Brutus.

Siniſtra vah! quaenam, Cai!
Dic ſuſpiceris. --- Mene latronem putas?

Caius.

Haud iſtud equidem. Plura ſed tempus dabit.
Age miles! exſangue hoc cadauer in domum
Transferto Titi. - Lictor aſt omnes, velim,
Oberret actutum vias. --- Simul ac leuis
Suſpecta viri vel vmbra ſi quando fuerit;
Siſtatur, impero.

Lictor.

Iuſſa promtus exequar.
Nique {dubias luſtraſſe ſat fuerit vias;
Rimabor & antra. Siquid & forte lateat,
Hanc eruam in lucem. --- Vel ipſam ſi ſtygem
Cauerna tangat, peruia haec nobis erit.
Huc eia mecum.

Brutus.

Quale proh! vulnus tamen
Exinde Titum feriet, aucipite malo
Qui preſſus, omni iam caret ſolatio?
Haud nempe repertus & ille nobis, quem ſuo
Deperit amore; ſimulque Germanum modo
Perdidit amatum.

Caius.

Aſt ille quis demum ſiat,
Quem tanto, vt aiunt, Titus amore deperit?

Brutus.

Giſippus illi nomen, & graecus domo eſt.
Plura mihi necdum noſſe licuit. --- Ipſemet
Sed ecce! triſtis languidum huc gradum mouet.

SCENA

SCENA VI.

Titus ad priores.

Quo res, Amici! ſunt loco meae? — Ergone
Me dura ſemper fata, ſortis & nigra
Semper manebit alea? — Vsque ſic mihi
Et ipſe laetum denegat Phaebus iubar!
Ambuſtus occiſum refert frātrem; & meus
Vbi forte amicus ſqualeat; quisue angulus,
Aut ipſe iam tumulus reconditum tegat,
Ignoro penitus. Idque ſolum mihi liquet,
Me propter extorrem vagari, & patria
Tellure pulſum, pro neceſſitudine
Mecum ſua huc veniſſe. Iam ſuo tamen
Se ſpretum amico dum putat, vitam ſibi
Adimere inedia ſtatuit. Id quod ipſemet
Per hasce literas mihi; manus quas tulit
Ignota prorſus. — Subprimit heu! vocem dolor;
Fratrisque tumulo fata me iungent breui.

Brutus.

Amice! mentem ne graua ancipiti adeo
Moeroris aeſtu. Pectoris equidem intima
Penetrat doloris ſenſus; & ſinum premunt
Acerba fratris fata. Sed ſpera, vices
Mutabit aſperas malorum mox ſatur
Fortuna; quae premit equidem, obprimere aſt ne-
Se fortiorem ſi virum reperit. Feras (quit»
Decet, ſiniſtri quidquid haec pariat dies:
Redibit, Hercle! mox alia, ſolatiis
Peferta; cernes dum breui in lucem ſcelus
Protractum. Abeſſe poterit haud procul reus,
Saeuusque fratris latro. Leuamen ipſemet

Praeſtabit

Praeſtabit, ad meritas vocatus, quas luat,
Poenas.

Titus.

Leuameu triſte! quod ſaeuam indolem
Placare; non ſed vulnus aufferre hoc meo
Ex corde poterit. O! meus ſaltem mihi
Giſippus id ſolatii praeſens daret,
Stringerem vt amatum pectus; vnus qui vices
Subplere fratris poſſet.

Caius.

Hunc ipſum tibi
Solicita Bruti cura praeſentem dabit.

Titus.

Fors ille viſus iam tibi?

Brutus.

Per ſingulas
Vrbis vias, per compita, inuia per loca
Hucusque mihi quaeſitus, haud viſus tamen.
Roganti id vnum noſſe ab obuiis datum eſt,
Paulo ante graecum habitu peragraſſe has vias.
Iniecit autem fratris, hem! caſus, moram,
Propinquiore quo minus licuit pede
Sequi notatum. — Mactesis animo tamen!
Pergam illico; tuique voti compotem
Te noſter vt reddat labor, nihil operae,
Grauioris aut curae, ac inexpertum nihil,
Fixum eſt relinquere, tibi dum ſiſtam breui
Caput hoc amatum.

Titus.

Brute! ſat nota indoles
Mihi tua. Perge, ſedula quo te rapit
Miſerum iuuandi cura.

SCENA VII.

SCENA VII.

Perſonae priores praeter Brutum.

Titus.

Te vero, Cai!
Te rogito: fratris ſiſte latronem mei.

Caius.

Emiſſus a me ſat diu hinc lictor abiit.
Exſpecto reducem. — Nique fallor, protrahit
Infame iam ſcelus.

Titus.

Latronis ſed tamen
Horreſco faciem. Loquere tu ſolus reo.
Ego interim reſponſa Vatis conſulam;
Viſurus, an nec vlla ſpes miſero ſuper
Videndi amicum, quo frui deſidero.

Caius.

Perge! Superis deuota placebit indoles;
Ter fauſtum & omen tibimet adprecor. Mihi
Curanda relinque caetera.

SCENA VIII.

Caius,
ad quem Lictores Giſippum adducunt.

Lictor.

Tenemus feram.
Latuit ſub ima ſaeuus hic latro ſpecu.
Negauit haud quidquam. Latronem ſe vocat.
Idque mihi; noſſe plura mox tibi dabit.

Caius.

Habemus ergo crimen atrox. Vincula
Iam lictor expedi; inque dirum carcerem
Abstrahe sceleſtum. — Tune sis ergo tigris
Effera; cruorem quae sitit, dum hominem videt?
Sed fare, quaenam Erinnis ad tantum nefas
Impulit?

Giſippus.

Erinnem mitis hic neſcit ſinus.
Amoris exceſſum voca; & me ſic reum
Habebis.

Caius.

O bellum, Hercule! acceptum & Diis
Amoris exceſſum! — nefandum verius
Saeui latronis dic facinus, haud iam rotis,
Centum aut Cataſtis puniendum in te ſatis.

Giſippus.

Quamcunque ſim promeritus, hanc poenam lubens
Subibo. Nec ſaeuiſſimum mihi deprecor
Mortis genus. Sat eſſe iam didici miſer:
Plus mentis & dolor angit, ac centum rotae,
Quidquid & acerbi ſuſtinet corpus pati.

Caius.

Confide promeritam dabit poenam ſcelus:
Finemque fatis dura lictoris manus
Imponet, eſſe ne miſer poſthac queas.

Giſippus.

Bene eſt. Amoris ſpreti vt in me victimam
Roma habeat, obſcuri ſubibo carceris
Tenebras: & inde pegma quoque, vt fatum velit,
Ferale ſcandam: Propriae aſt necis tamen,
Non caedis alienae reus, quam perfidus
Me culpam amicus ferre cogit.

Caius.

Caius.

Inania
Figmenta mitte, Iudici tuam, vt velis,
Defende cauſſam. — Lictor! huc mecum ſcelus.

SCENA VIIII.

Ambuſtus ſolus,
e ſeceſſu prodiens.

Res mira! non capio ſatis, quid iam noui
Acciderit? — Ergone alius hanc culpam luat,
Quam Brutus ex mea ferat ſententia?
Ignotus ille Graecus, abſtractus modo,
Ad carcerem inſons ibit. — Et Brutus meum
Eludet aſtum: ſolus attamen moras
Poſuiſſe votis qui poteſt meis. — Gradu
Sic nempe honoris, ſpeque ſimul omni excidam:
Munusque Praeturae alteri obtinget breui,
Certa mihi quae fuerat, faba in Bruti caput
Si cuſa felicem obtineret exitum.
Adhaec relatus Conſuli per me reus
Is ipſe Brutus, facile purgabit ſcelus,
Meamque dubiam ſingulis reddet fidem.
Quid ergo, quid reſtat miſero agendum mihi? —
Occurrit eheu! haeſitanti iam nihil
Animo. — Probanda ſed tamen ſunt vltima.
Mouendus omnis eſt lapis mihi, viribus
Licet hisce maior. Nique iam Polus velit
Beaſſe vota; *nigra* mouebo Tartara.
Benigniorem ſed prius ſententiam
Sequar; latentiumque ſtat rerum exitum
Ex Vate quaerere. Sortis in templo meam
Luſtrabo ſortem. Proſperam & Vates dabit.

MVSICA INTERMEDIA.

Vates Fortunae ad Titi preces Oraculum consulit; instituto desuper Sacrificio.

SCENA VNICA.

Personae. Vates. Chorus Poparum.

CHORVS.

*

Magno tuo Nomini, *Verte bono Omini*
O Domina! *Libamina,*
Sunt aras positae. *Quae damus hodie.*

Vates.

Ita est: nouum iubemur adoriri Sacrum.
Titus benignum Sortis Oraclum petit,
Rescire cupidus, latro quis demum impius
Fratris; miser & amicus vbi lateat suus,
Quem fratris habere iam loco exoptat sibi.
Meretur & istud innocua Titi indoles,
Virtusque spectata saris. — Ad rem ergo Socii!
Festiua proferte Sacra, quo melius Dea,
Omnisque Polus in vota flectatur Viri.

*

O faueſis Dea!
Oraulo bea
Deuotum Clientem;
Et respice mentem,
Qua tibi supplicat,
Omenque stagitat.

Popa.

Popa.

Verende Myſta ! cuncta cernis ad tuos
Parata nutus. Sacram operi manum admoue.

Vates.

Fauſtum quod igitur, & Superis gratum bonis,
Rite auſpicabor imperatum mihi Sacrum.

* *

Tuum, Dea! *Ne oblata*
In honorem *Dedignare;*
En! ſabaea *Sed optata*
Dant odorem *Nos beare*
Grata coelo munera. *Fac, vt velint omina.*

Io beate eſt! vota compleuit Polus.
Recluſa Iouis aperta proſtat Diphtera.
Petita Sortis Numen Oracula dedit.

Oraculum I.

In vinculis moeſta gemit, & ſqualet fides.

Vates.

Quorſum ſed iſta? — Nempe ſic fidem Viri,
Qua forte amicum liberet, tentat Polus.

Oraculum II.

Ipſumque prodet ſceleris autorem ſcelus.

Vates.

Tectumque crimen ipſemet palam dabit
Latro nefandus. — Erit alius haud tenor.
Haec ergo reſponſa dabo. Solabor Virum.
Vos cuncta ſocii deuuo componite.

ACTVS II.

ACTVS II.

SCENA I.

Ambuſtus ad Vatem e templo prodeuntem.

Ambuſtus.

Ten' video? Vates! proximum Diis caput!
O quam mihi opportunus ex votis ades!
Si tempore vllo, nunc ope indigeo tua.
Solos ſed eſſe cupio: ſoli colloquar.

Vates.

Dabo iſtud.—Abeſte paululùm exinde ſocii!
Vtrumque ſolos heic relinquatis, velim.

Ad Ambuſtum.

Iam prome, quae velis. Caremus arbitro.

Ambuſtus.

Ignoſce Vates! mente tibi ſi candida
Loquar.

Vates.

Ita bene; quin optime. Haud venia indiges.
Sincera nobis mens placet, vt nihil magis.
Loquere.

Ambuſtus.

Metum inter, ſpemque, ſed leuem admodum,
Me fluctuantem ſcito; nique me tua
Iuuabis ope, tabulamque miſero porriges,
Actum eſt: periui.

Vates.

Mitte plura: rem indica.

Ambuſtus.

Breuis ero. — Honoris munus ambio. An mihi
Obueniat iſtud, noſſe per te ſi datur,

Per-

Perfecta res eſt; omnis & timor ſimul
Deſtituet hunc ſinum.

Vates.

Sat omnia capio.
Spartam Ambieni, quem manu ſtratum impia
Fert rumor, obtinere mens auet tua?

Ambuſtus.

Diuina certe mens Tibi eſt. Non te fugit
Auidus quid ardeat ſinus. Nihil aliud
Hanc praeter ipſam nobilem prouinciam
Mihi peropto. Noſtra complebit Polus
Si vota, Tuque ex mente, quod velim, mea
Omen feres, mercedem habebis auream.

Vates.

Bene eſt. Videbo, quid ſacrae ſortes velint.
Subſiſte paululum, huc redux ego dum pedes.

Ambuſtus.

Ad iuſſa promtum cernis.

SCENA II.

Ambuſtus ſolus.

Eſt adhuc mihi,
Vt video, ſpes laeta ſuper, ancipitem metum
Quae ponere iubet. — Omen aſt laetum quoque
Vates habebit, ſceleris haud conſcius adhuc,
Quando aleam miſcebit in nefas ſacram?
Confido tamen. Ad vota ſortes diriget
Promiſſa merces. Sat potens auri eſt nitor.
Humana flectit, quo velis, corda. Et mihi
Fauere Superi quando nolint, nil tamen
Vati negabunt, dona quem trahent, meas
Vt ipſe partes teneat. — Aſt ecce reducem!

SCENA III.

SCENA III.

Ad Ambustum Vates.

Ambustus.

Salueto Vates! laeta nunquid omina
Ex Sortis vrna prodiere?

Vates.

Se bona
Prius' reclusit alea: in nigram tamen
Mox abiit. * — Ipsemet, ecce! totius rei
Seriem videre poteris.

Ambustus.

Omen heu malum!
Ergone vincla, — compedes miserum manent?
Heu! fugio; laetumque magis ex Orco mihi
Omen requiro. Me potens Erebi furor
Saeuis Deorum manibus eripiet. — Vale!

SCENA IIII.

Vates solus.

Non capio sane, quis furor hominem abstrahat?
Fatuum, aut sceleſtum, nescio, hunc virum pu
Suspecta mihi frons est, malique conscia
Videtur; aut Hercle! fouet in sinu scelus.
Sed iam omina a me Titus exspectat sua.
Dabo relata. — Tempori ast subit ipsemet.

SCENA V.

---

* *Pro omine varia adparent tormentorum genera.*

SCENA V.

Titus, & Brutus ad priorem.

Brutus.

Inanis eſt, amice! quaerentis labor.
Quo tacita me cunque via, quo minima ſpei
Vel vmbra me pellexit, vrgebam gradus.
Necquicquam obiui & inuia: Inuentus etenim
Haud eſt amatus. Forſan is Romam diu
Reliquit exoſam ſibi.

Titus.

Tenet virum;
Tenebit & Roma exulem. Heic tumulum ſibi
Elegit ipſe. Sic ſuis in literis
Ante mihi. Sed miſerum quis habeat angulus,
Quaeue tegat incluſum cauerna, vel ſpecus,
Fors vbi ſepultus iam lateat, altum ſilet.

Vates.

Per te mihi ſi, Tite! licitum, tibi ſacrae
Effata ſortis aperiam.

Titus.

Fare, vt lubet,
Veiende Vates! omen & amicum refer,
Quo noſſe tandem liceat, in viuis adhuc
Giſippus an moretur: aut quod Coelites
Nolint, cadauer quo ſit exſangue in loco?

Vates.

Adhuc ſuperſtes viuit equidem: proximam
Sed viuit adflictus neci vitam.

Titus.

Heu malum,

Nounmque iniquae ſortis omen! ſiccine
Coniurat iſthoc omnis in caput Polus,
Siniſtra veniunt & mihi ſingula? Aſt vbi,
Dic, ſqualeat miſer, opis & noſtrae indigus?

Vates.

Ex ſorte id equidem ſcire non vltra datum eſt.
Quaeſita ſed rite ſacra Superum Diphtera
In vinculis deſignat haerere miſerum.
Sic nempe Sortis loquitur haud dubius tenor.
In vinculis moeſta gemit, & luget fides.
Ad alterum quod adtinet; curae nihil
Deſuper habendum tibi. Sceleſtus ipſemet
Scelus nefandum ſponte manifeſtum dabit:
Quod ipſa Sortis verba, ſat aperta, innuunt.
Ipſumque prodet ſceleris autorem ſcelus.
Nec plura porro arcana fatorum mihi.

Titus.

Verende Myſta! quod ad latronem pertinet,
Rem vindici committo iam totam Polo.
Scelus patratum modo fieri infectum nequit.
Fraterque, caeſus qui iacet, fruſtra meis
Aut precibus, aut lacrymis repetitur. Sacra Themis
Librabit aequa ex lance cuncta. — Sed alterum
Crudele vulnus mihi refricat Oraculi
Effatum. — Amicus ergo Giſippus, mea
Qui vita, ſimul & fratris eſſe qui loco
Potuerat, indigna miſer, heu! vincula ferat?
Cui porro acerbiora quoque fata timeo;
Si nempe ad ipſam forte damnatus necem
E carceris ſqualore, vitaque & ſimul
Abibit inſons. — Noſſe proh! tandem mihi,
O! ſi liceret, quo miſer gemat loco,

Opem-

Opemque amici ſperet incaſſum ſui ;
Me vincla, me graues ligatum compedes,
Carcer & haberet, ferre quam poſſem mei,
Haec non merentis fata Giſippi. Fides
Iurata id imperaret, & conſtans amor.

Brutus.

Confide, quaeſo ! ſacra ſic amat loqui
Diphtera. Petitum ſi quod oraclum refert,
Non illico omnem pandit euentum rei.
Nos ſubplices videre ſaepius volunt,
Auentque Superi. Si placet, Vatem roga,
Vt Sacra denuo reſumat integra.

Titus.

Proficua ſuades. — Te itaque, te Vates ! precor.
Tentare ſortem, fac, nouam pro me velis.
Et fata, quae poſthac amato ſint ſuper,
Doceto Titum.

Vates.

Quae cupis nutu ex tuo
Complebo ſedulus. Bono ſis interim
Animo, precor ; meliora dum redux feram.

SCENA VI.

Priores praeter Vatem.

Brutus.

Amice! mecum ſi lubet, gradum hinc refer.
Quaeramus ambo ſuaue, quod curas leuet,
Alterius adloquium. Minor fieri dolor
Saepe ſolet, alios quando participes tenet.

Titus.

Diſpone mecum, quidquid optimum tibi
In hacce viſum ſorte fuerit. Vnus es,
Idemque ſolus, certa cuius mihi fides.
Ne quaeſo! tantis defere malis obrutum.

Brutus.

Confide! nulla me tibi auulſum dies
Videbit vnquam. Sancta quae tecum mihi
Neceſſitudo hucusque fuerat, integra
Perſtabit vsque. Sic Polum teſtor: vades
Sit ſtator ipſe Iupiter, meae arbitrum
Quem mentis habeo. Sed ecce! quid Caius noui?

SCENA VII.

Caius & Ambuſtus cum militibus.

Caius.

En! tibi ferendas, Brute! Conſul literas
Dedit. Videbis ipſe, quid ferant rei.

Brutus.

Fors curia nouum mihi negotium dabit. —
Ambuſte! nil tibi forte notum deſuper?

Ambuſtus.

Nil aliud, Hercle! quam quod omnis curia
Infame mortis ſubplicium ſtatuet reo.

Brutus.

Et Ambieni forte latronis in caput?

Ambuſtus.

Plerique vt aiunt.

Brutus.

Notus ergo iam impius
En,

En, Tite! fratris latro, meritas qui dabit,
Feretque poenas.

Titus.

Sacra quodcunque ſtatuet
Themis latroni, pariter hoc Tito ratum.
Tu ſed vide, quid Conſulis velit manus.

Brutus.

Mentem requiret ipſe deſuper meam.
Haud alius erit his, crede! literis tenor.*

„ Varus Quintilius Conſul
Bruto.

„ *Saeuum eſt patratum publica in via ſcelus,*
„ *Crimenque.*„ Nunquid, augur, hem! optimus ego?

Titus.

Ita quidem: alia ni forte textus innuat.
Aduerſa timeo.

Brutus pergit.

„ *Sceleris huius conſcius*
„ *Delatus es, Brute! indice haud dubio mihi.*

Titus.

Hem, Brute! Titum pariter augurem tibi,
Sed Hercle, peſſimum! — Et iſta quid demum ſibi?

Brutus.

Quod ipſe nedum capio; me tangat licet.
Videbo ſed vltra, quid inde tandem colligam?

Abſoluit reliqua.

„ *Hinc ſponte temet curiae ſiſtas velim:*
„ *Secus nolentem Caius huc trahat impero.*

Varus Conſul.

Brutus.

* *Epiſtolam aperit, & legit.*

Brutus.

Proh fulmen atrox! fata quae ſubeunt mala!
Ergone ſceleris me reum vere putat,
Creditque Conſul? Vah nouam ſortis ſtropham!
Ambuſte! — Cai! quis ergo de me Conſulis
Opinio noſtri? Teſtor, en! Iouem quoque;
Omnemque conteſtor Polum: nullius ego
Atrocis adeo me reum noſco ſceleris.
Fefellit Index, certe iniquus, Conſulem.

Caius.

Tuere cauſſam Conſuli, vt queas, tuam.
Meum eſt, fideli iuſſa iam mente exequi.

Ad Milites.

Teneto Brutum, Miles! hoc Varus iubet.

Brutus.

Vi nulla, Cai! opus. Sponte, quo velis, ſequar.
Ad Curiam iubente pergam Conſule:
Quin fata ſi cogant, ad ipſum carcerem
Sat tutus ibo; pura mens vbi comes eſt.

Titus.

Ah ſiſte greſſum, Brute! te purum ſcio
A labe penitus. Ipſe vadam. Conſuli
Cauſſam tuebor ipſemet tuam. Nihil,
Faxim, ſiniſtri pectus innocuum grauet.

Brutus.

Quietus eſto, Tite! defendet Polus
Nullius atri criminis ſibi conſcium.
Quod dura Sortis interim neceſſitas
Iubet, ferendum fortiter. Iam Curiae,
Varique iuſſa Conſulis promtus ſequar.
Sanctae relinquo me Themidi; & abeo. Vale!

SCENA VIII.

SCENA VIII.

Priores praeter Brutum, & Caium.

Titus.

Actum ergo tecum Tite! res ad incitas
Simul omnis abiit. Quid etenim misero tibi,
Quid restat, optatum leuamen quo feras?
Siccine malorum haec omnis est ferax dies?
Ah! conde Titan! conde, moestum quod mihi
Nitet inbar! reconde sed Titi simul
Lumina, malorum plura ne monstra videant.
Ambuste! dicito, precor! hocce pessimum
Quonam imputetur ex capite scelus viro?
Sat vsque fidum expertus, vitaeque integrum,
Qui posse iam fieri putem, tantum vt nefas
Subito patrarit? Loquere, nota quae tibi.

Ambustus.

Ah Tite! ne crede nimis in Bruti fidem.
Se dicit innocuum equidem: at scelus tamen
Sat liquet apertum. Fratris est latro tui.
Id mucro siquidem fratris occisi ad latus
Quem repperi, sat Hercle! testatum facit,
Brutumque nigri sceleris aut reum probat,
Aut conscium arguit.

Titus.

Obprimit heu! miserum dolor.
Ergone amici frater occisus manu?
Haud facile sed istud crediderim tamen. Liquet,
Et certa constat innocua viri indoles.
Ambuste! adornat liuor hanc stropham viro.

Ambuſtus.

Adornet vtcunque velit: Eſt tamen impius
Plerumque ſortis ipſemet faber ſuae.
Et Bruti ad indolem quod adtinet; haec tibi
Quaecunque conſtet, ne tamen fallat, caue,
Te nimis ita credulum. Videbis proprio
Edoctus, & ne ſerius, precor, ac velis,
Videbis, inquam, proprio edoctus malo,
Damnoque, qnid iſta, quid mali pariat adhuc
Stulta prope credulitas. Meam, quaeſo, ſequere
Sincera ſuadentis tibi ſententiam.
Fatis relinque ſuis amicum perfidum,
Non dignus vltra qui tuis eſt gratiis.

Titus.

Amice! diuerſa mihi ſtat ſententia,
Probanda certe ſingulis. Data eſt fides
Bruto, Ambienus frater vbi lateri meo
Auulſus, & alter ſimul Amicus fors male
Periit. Spopondit & ipſe Tito mutuam;
Teſtatus & Poli faces, ad funera
Hanc integram ſeſe exſoluturum mihi.
Sic teneor ego: tenetur & Brutus ſuam
Seruare iuratam fidem. Neque perfidum
Docere facile quis poterit. Meam hinc viro
Seruabo fidus vsque promiſſam fidem.
Fruſtra & es, Amice! Titus aliam haud induet
Mentem.

Ambuſtus.

Data quidem ſic fides antea fuit;
Sed fracta modo te ſimul eadem liberat.
Breui docebit Iudicis ſententia,

Brutum

Brutum fuiſſe perfidum tibi

Titus.

Tace,

Quaeſo! latronem fratris ante iam abſtulit
Ad carcerem lictor. Quis ille? neſcio.
Subplicia luet inſontis hic Bruti loco.

Ambuſtus.

Eſt Graecus ille habitu, prior qui Conſuli
Delatus eſt caedis reus; Bruto tamen
Adſcitus, vt volunt, ad hoc ipſum nefas;
Quod liquet apertum prope.

Titus.

Quid heu! quid audio?
Graecus ſit ille, Caius ante quem tulit
Secum, daturus Conſuli hunc certe reum.

Ambuſtus.

Hunc ipſe vidi. Dubia ſed modo Iudici
Reſponſa tribuit. Crimen & negat, & palam
Fatetur; haud ſua tamen ſponte editum.
Nempe vltima vt tentaret, ac vitae ſatur
Suae, nefandae poneret ſorti modum,
Seſe coactum adfirmat extremum ad nefas.

Titus.

Sed fare, quod nomen viro?

Ambuſtus.

Noſſe vt licet
Ex ore plurium, Phyaſteu ſe vocat.

Titus.

Reſpiro denuo. Putabam prope meum
Hunc eſſe Giſippum: Cuius ex indole tamen,
Sat mihi probata, ſuſpicari ne quidem

Liceret atrox, tartaro & nigrum magis,
Viroque tanto prorsus indignum scelus.
Hunc vbi sed ipsum sorte perditum mala,
Vnaque fratrem doleo; stat fixum, meae
Ratumque menti, liberum a vinclis dare,
Fatisque Brutum, quo mihi id licitum modo;
Vitae leuamen vnus vt Amicus ferat.
Ambuste! mentem pariter, ah! muta tuam:
Titumque si modo diligis, mecum stude
Seruare miserum, fata quem immerita premunt.
Praeibo. Sequere!

SCENA VIIII.

Ambustus solus.

Mox sequar. Alia tamen,
Ac forte credis mente. Contestor stygem;
Fraus tecta dum succedat, & Brutus cadat,
Haud vlla menti iam meae qui es erit.
Fac, Tite! per me tibi licet: tuum eripe
Nostris Amicum manibus. Hunc lictor prius
Nigras ad Orci mittet vmbras, quam tuam
Sentire possit opem. — Mora ast segnis nocet.
Fraus atra cudenda mihi, dum focus calet.
Mox, Tite! sequar, tibique strenuam dabo
Operam: specimen & amoris ostendam mei.
Iuuabo miserum: — Citius vt cadat tamen.

PARS
DRAMATIS ALTERA

Veram, eandemque conſtantem coronat amicitiam.

SCENA VNICA.

Perſonae omnes.

CHORVS

Paſtorum vnaque Dryadum.

*

Laetare magna Domina,
Sacerdos regia!
Obtenta nobis victima,
Quam petit Triuia.

*

Tu nobili hoc ſanguine
*Has aras imbue.**
Sic indice hoc ſydere
Litandum hodie.

Iphig.

Portenta vah rerum mala! — tacete Socii!
Et vos Sorores! ſi quid amplius iuuat,
Ferale potius intonate canticum.
Lugere praeſtat Sortis aduerſae vices;
Caſusque conuenit dolendos conqueri.
Proh! quam ſiniſtra denuo abiere ſtudia,
Impenſa Triuiae. Ergone ſaeuire miſera
Ipſos in homines cogor, aliam vbi victimam
Crudelis haec ara, Deaque ferox reſpuit.
Sed erit mihi; — erit heu! obſequendum denique.

Vah

* *Cometa terrificus lugubre comas ſpargit.*

*

Vah infelicem me!
Regali natam ſan-
guine
Sic fatum ſemper fle-
bile,
Sic dura manet
ſors.

*

Ah! -ite lacrymae! -
Aut ſaeuo iſthoc Tri-
uiae
Ne fungi cogar mu-
nere,
Praeuerte fatum
mors! -

Oreſtes.

Hem! — quid Sacerdos! — pauca ſi per te licent,
Tecum quid adeo mente voluis anxia?

Iphig.

Veſtras, Amici! mente, qua par eſt, vices,
Measque lugeo.

*

En! triſte qui lucet cometa,
Hic fatum deſignat planeta.
Eſt vni veſtrum hodie
Cadendum Triuiae.

Et mea quidem id manu
Fieri cruentum Numen, eheu! praecipit.

Oreſtes.

Rem teneo. — Multis quid tamen curis opus?
Deſiſte, quaeſo! graue tuum adfligere ſinum.
Hem! ipſe dudum ſortis aduerſae ſatur,
Vitam Dianae conſecro, exoſam Diis;
Scelus nefandum ſanguine vt dato luam.

Pylades.

Quid agis, Amice! quo nouus te corripit
Male feriati pectoris furor tui?
Ignoſce, Domina! — mente priuatum ſua

Hunc

Hunc crede ſocium. — Sique Diua petierit
Noſtro vnius coli profuſo ſanguine,
Me victimam ſubſtitue, mage gratam Diis.

* *

Non rite Superi,
Nec inferi
Coluntur;
Ingratae victimae
Si temere
Caeduntur.

Age itaque, egenum mentis abſolue ſocium;
Meque cape ſano corde pollentem hoſtiam.

Oreſtes.

Proh! quanto amicum, frater! obproprio adficis?
Deſiſte, pectus hoc meum adflictum ſatis
Nouo ferire, tamque acerbo vulnere.

Iphig. ſecum.

Vah! litem amoris arduam inde ſuſpicor:
Et hanc quis arbiter ſat aequus dirimet?
Ima mihi deſuper mouentur viſcera.

Pylades ad Oreſten.

Amore, Frater! non probris te proſequor.
Abſit, vt Amici pectus adfligam mei.
Sique ferio, ferit amor; amicum & vulnus eſt,
Cui lene proprio medebor ſanguine.

Oreſtes.

Falleris: — vtut medaris eſt vulnus tamen,
Magis & tuomet vlcerandum ſanguine.

Ad Iphig.

Ne crede, quaeſo, Domina! ſat compos animi
Hanc adſto ad aram victima, caedenda Triuiae;
Necem, Hercule! ſtygis & furorem ſat diu
Bene meritus. — Importuna quae Frater dedit
Ne, caue, ſequaris conſilia: — perque mea te

Oro,

Oro, precorque fata; me dignum nece
Sacras ad aras abſtrahe; purumque ſceleris
Dimitte comitem, innocuam amoris ne luat
Cruore culpam.

Iphig. ſecum.

Quantus amor, o Coelites!
Quanta pietas! — ſtupeſce fidem inſolitam, Polus!

Oreſtes ad Pyladen.

Te vero, Frater! per ego coeli te precor
Teſtorque Numen: — ſana tandem cogita:
Deſiſte fatis implicare te meis.
Ah! crede, quaeſo! ſat fidei datum tuae.

Pylades.

Nil agis, Amice! quam dedi ſemel fidem,
Ad vltima hanc tibi fata ſeruabo integram,
Semperque ſanctam. - Hinc ſolus aut cadam hoſtia;
Aut hisce in aris ſtat ſimul tecum emori.

Oreſtes.

Vah pertinacem! —

Pylades.

Sed ita tamen in te pium.

Iphig.

Et quid ego? — Conſilium boni o date Superi!

Oreſtes.	*Pylades.*
*	*
Saeuam, Frater! muta mentem:	*Pios ſenſus nutrientem*
Bis ne fratrem eneca.	*Ne a coeptis reuoca.*
Hoc furore	*Hoc amore*
Binam perdes animam.	*Vitam tibi redimam.*

Iphig.

Iphig.

— *

Ah! hoſtiam,
O Superi!
Ah! date ſuccedaneam.

* *

Oreſtes.

Te, Sacerdos! te obteſtor:

Pylades.

Per Dianam te conteſtor:

Oreſtes. *Pylades.*

Me nocentem, *Me volentem*
Age! caede victimam! *Caede ſuccedaneam!*

Iphig.

Qui teneram,
O Superi!
Amoris litem dirimam!

Pylades.

Litem Sacerdos mox tua manus dirimet.
Age ſiquidem: fatale ferrum corripe,
Et rite Superos hoc meo cole ſanguine;
Conſtantem ad aras eſſe qui fidem volunt.

Oreſtes

Sed reſpuunt cruoris vltro prodigam.
Valeto Frater! prior ego ad aram praeuolo.

Pylades.

Siſte, precor! hunc ego mihi honorem vendico.
Agedum Sacerdos! te ſacrum ad opus praepara.
Tu ſed vale Frater! pignus & amoris cape
Hoc vltimum. — Tranquilla viue tempora,
Tuique poſt fata aſpera memento comitis.

Oreſtes.

Oreſtes.

Ah ſiſte! bis fratrem enecas. —

Pylades.

Non eneco,
Nouam tibi ſed morte mea vitam impetro.

Meliſſa. *

Rem cerne miram Domina! ſacrata ſubito
Calet ara: melius & omen inde ſuſpicor.

Iphig.

O boni ſi tandem fauerent Coelites!

Pylades.

Superos fauentes vt habeas, caueſis, precor!
Diutius imperata ne Sacra differas.

Oreſtes.

Sponte vbi calet ara; meque victimam tenes,
Quid vltra, amabo! temet impedit? - Ah! moras
Rumpe, citoque feri!

Pylades.

Colla ſed ego praebeo.

Iphig.

Quieſcite, precor! amata nobis pectora!
Benigniora, ſpero, decernet Polus.
Agite Sorores! voce mecum ſubplice
Omen iuuate!

Iphigenia
concinnente Dryadum Choro.

*

Propitia
Ah eſto Triuia!

Iphig.

---

* *Ara ſubito ignem concipit.*

Iphigenia ſola.

Nouum pelle hinc pauorem,
Et amoris in fauorem
Omen iſthoc explica!

Omnes.

Propitia
*Exaudi preces Domina! **

Meliſſa.

Io plaude! — laetare Domina!
Pie precantum vota reſpexit Polus;
Triuiaeque aperta patent fauentis omina.

Omnes.

O Pia! — nimis o benigna coeli Numina!

Iphig.

Et quod ego dulce nomen ex omine lego?
Credamne, Oreſtes adſit, vnaque Pylades?

Oreſtes.

Adſumus vterque. Quid inde Domina? —

Iphig.

Ah! impar eſt
Animus ferendo tanta, quae mentem obruunt,
Gaudia. — Iuuate! — deficio. **

Oreſtes.

Adeſte Dryades!
Fouete miſeram! —

Pylades.

Vah! nouam ſtupet animus
Cataſtrophen. —

Iphig. voce ſingultante.

Amate Frater! — ah! tuam
Recipe Sororem. —

* *Totum ſemet explicat amoris omen.*
** *Linquentem animo Oreſtes vlnis excipit.*

Oreſtes.

O quantus hic Superum fauor!
His ergo in vlnis Iphigenia recubet,
Amata Soror; amore languida?

Iphigenia
recepta ſenſim mente ſemet erigit.

Sum ipſamet:
Ne, quaeſo, Frater! ne dubita.

Oreſtes.

Grates Diis!
Ad mentem amata rediit. — O ſalue Soror!
Hos Fratris amplexus cape!

Iphig.

O dulcis anima!
Salueto millies! — Sororis in ſinum
Te, quaeſo, coniice. —

Ad Pyladen.

Tuque ſimul huc inuola,
Pylades! tenerosque pariter amplexus cape!

Pylades.

O chara mihi Cognata ſalue! gratulor
Fratrem modo receptum tibi, & fatis quidem
Polo fauente liberum.

Ad Oreſten.

Tu ſed vide,
O Frater! integra quid iuuet Amici fides.
Inuicto ab amore inuicta cernis ſydera;
Fauetque ſortis Numen infeſtum prius,
Certi & fauoris pignus, amiſſam diu,
Tenes Sororem: nilque tibi porro ſupereſt,
Niſi mecum vt vna debitas grates Polo,
Triuiaeque ſoluas, tanta quae modo contulit

Poſt

Poſt tot ſiniſtras ſortis aduerſae vices
Vtrique ſolatia.

Oreſtes.

Bene monentem ſequar,
Amate Frater! — cuncta ſed tibi debeo,
Tuaeque fidei, quae Polus cunque tribuit,
Deditque laeta. — Pergeſis precor! — tuum
Amato Fratrem, & hosce in amplexus rue!

Iphig.

Amor, ſtuporque rurſus alternant vices.
Sed agite, dilecta Capita! quas merito ſibi
Grates repoſcit Triuia, iunctis has ſimul
Vocibus, acerra & ſubplice reddamus Deae.

CHORVS OMNIVM.

*

Laudamus ter felicem,
Te Deam Protectricem:

Iphig. & Meliſſa. *Oreſtes, & Pylades.*

Quae dira ſortis omi- Et poſt laborum toe-
na dia
Amoris in ſolatia Tam larga nobis
praemia
Ad vota conuertiſti. Benigne contuliſti.

Omnes.

Laudamus ter felicem,
Te Deam Protectricem.

*

Oreſtes. Iphig. Pylades.

Vnitas ſerua mentes,
Conſtanter diligentes.

Hoc amplexu,
Firmo nexu
In aeterna foedera
Trina iunge pectora.

*

C H O R V S.

Nos vna sed precamur:
Te Deam obtestamur.
Post haec fata, *Coronetur,*
Ter beata, *Vt meretur,*
Sua pro constantia
Fides semper integra.

****

ACTVS III.

SCENA I.

Flaccus, & Caius.

Caius.

Quae mira, Flacce! pariet haec nobis dies?
Vterque captus, uostra quos vincula tenent,
Temere patratum crimen haud probant satis.
Adfirmat alter facinus: alter abnuit;
Brutusque semet sceleris esse conscium,
Per astra, quin Iouem per ipsum pernegat.
Videbo; quaenam Consulis sententia.

Flaccus.

Difficilis admodum. Placebunt attamen,

Quae

Quae Titus, ad quem cauſſa iam omnis reſpicit,
Miranda nobis pro ſua dabit fide.
Noſco ſiquidem, Cai! ſiquis alius, ego virum.
Fidei tenacem, crede! ſi quemquam ſuae.
Et ecce! fratre perdito, alter vbi ſimul
Periit Amicus, mox ſuam Bruto fidem,
Pectusque ſimul addixit, ad funera pium.
Hinc niſi patratum liqueat a Bruto ſcelus;
Tentabit vltima Titus, vt ſaluet ſuum,
Qui ſolus eſt tandem ſuper amicus ſibi.
Rem ſed docebit haec dies omnem. Breuis
Vtrumque iam hora in curiam vocat. Ageſis!
Feramus iſthuc ambo gradum. — En patet aditus.

SCENA II.

Praeter priores Varus Conſul, & Ambuſtus.

Varus.

Adeſtis ambo, Flacce, Caique! tempori.
Vos coram habere noua modo negotia volunt.

Caius.

Vterque, Conſul! iuſſa quid velint tua,
Percipere auemus.

Flaccus.

Mira ſed nunquid hodie
Omnis videbit Roma; nobiscum & auida.
Simul ſtupebit Curia?

Varus.

Hem! quid noui adeo?
Quae mira, Flacce ſomnias? —

Flaccus.

Non alia, nisi
Quae Titus, & rei dabunt in vinculis
Adhuc gementes.

Caius.

Nescio sane meam,
Quid rapiat in diuersa mentem. Quae mihi
Paulo ante Flaccus, omne suspensum prope
Arbitrium tenent. — Scelus apertum liquet,
In Ambieno nuper impia manu
Temere patratum. — Titus attamen reis
Fauere adhucdum dicitur.

Varus.

Faueat licet:
Sententiam mutabit ipse mox suam;
Rem quando totam percipiet ex me breui.
Tu, Flacce! Graecum vinculis grauem suis,
Huc siste. — Titum & aduocet Caius simul.

Flaccus.

Vterque iussa implebit ad nutum tua.

SCENA III.

Varus, & Ambustus.

Varus.

Ambuste! dixi vterque meritas mox luet
Poenas. Reum fat mucro Brutum denotat,
Recente continuo cruore qui fluit.
Nihil negando proficiet. Et alterum,
Scelus fatentem, certa per me iam necis
Poena manet. Vnus attamen Titus moram
Iniicit,

Iniicit, Amicum noſſe qui ſuum cupit,
Quem ſibi data olim adſciuit Athenis fide.

Ambuſtus.

Sit prima, Conſul! Themidis oportet ſacrae
Cura tibi. Quae ad Titum adtinent, poſthac puto
Curanda demum; grauius vbi negotium,
Rempublicam quod ſpectat, impletum tibi.
Plus iuſto Amicis Titus vsque ſuis fauet.
Indulget hisce, perfidis licet, omnia.
Et inde Brutum e vinculis dare liberum
Contendit omni, qua poteſt, arte ſtolidus.
Sique ſubito repertus, extorris aderit
Giſippus ille, Roma vel faſces viro
Deferre cogetur breui; certe aut locum
In curia primum exul habebit aduena
Iuuante Tito; ciuis & voto cadet.

Varus.

Depone curam, Ambuſte! nimiam. Nil tibi
Nocebit aduena. Nemo Romulidum niſi
De ſtirpe natus Curiae prouinciam
Subire poterit, aut honoris ſibi gradum
Sperare. Titum nec ego male prouidum adeo
Fore puto, faſces vt peregrino velit,
Patriaque proſcripto ſua, tradere viro.
At en! propinquant Flaccus, & Caius ſimul.
Sed Titus vbi?

SCENA IIII.

Flaccus, Caius, Giſippus, mutato nomine Phyaſtes, ad priores.

Caius.

Nemo mihi, Conſul! hunc dare

Poterat repertum. Flaccus illum in carcere
Offendit ante: visus inde nemini.

Flaccus.

Multis rogauit, aditus vt pateat sibi,
Se velle Amico colloqui adfirmans mihi.
Digressus inde, quorsum abierit, nescio.

Varus.

Ergone Bruti carcerem Titus adiit?
Vah! timeo, ne quis subsit huic dolus rei.
Ad carcerem te, Flacce! confer illico,
Brutumque pariter siste praesentem mihi.

Flaccus.

Adest Phyastes nutibus, en Consul! tuis.
Pergam illico daturus & Brutum tibi.

SCENA V.

Priores praeter Flaccum.

Varus.

Infame rursus conspicio scelus. — Agesis!
Fatere nobis crimen ex ordine tuum;
Sacraeque tandem quod ratum Themidi, audies.
Phyastis ergo nomen hoc proprium tibi?
Vltro, quod ante fassus.

Gisippus.

Est proprium. Nihil
Celasse refert. Nomen ex fatis fero.
Vrbs clara Cecropis nobiles cunas quidem
Parauit olim; sed nigras tamen, & meae
Iam fortis inde praescias; mox vbi virum
Iniusta abegit Patria, exosum sibi.

Varus.

Varus.

Iam fare! — quae culpa tibi commiſſa temere,
Suum vnde patria vertere coegit ſolum?

Giſippus.

Nulla fuit; aut niſi culpa forte ſit fides
Seruata Amico ſemper integra; quae meis
Sed ciuibus digna tamen hac viſa eſt graui
Poena.

Ambuſtus.

O pium, Hercle! ſceleris & purum caput!
Iniuſta nempe te Patria abegit procul,
Romae nefandi ſceleris vt fieres reus.
Hanc, ſtulte! pueris fabulam canta. Viris
Verba dare maior, ac putas, erit labor.

Giſippus.

Dixi: negaſſe nil iuuat. — Reum tenes,
Simul & latronem, Conſul! — vltra quid petis?
Me ſceleris, ecce! fateor admiſſi reum.
Culpae nec huius admodum piget, meae
Satur vbi vitae, morte nil opto magis.

Caius.

Et alius ergo prior perire debuit,
A te peremtus, lictor vt gulam tibi,
Quod ſaeuus optas, iure poſſit frangere?

Giſippus.

An iure peream denique, aut iniuria;
Id, crede! mihi perinde modo, compos mei
Si quando voti reddar.

Varus.

Huius compotem
Te mox videbis. — Pande, lictor! impero!
Ferale pegma.

ad Giſippum.

Tuque fallaci, caue,
Me Conſulem luſiſſe poſthac ambitu
Velis. Patratae caedis autor ipſemet,
Idemque ſolus, an fueris, edic modo!
En! mucro ſocium ſceleris habuiſſe innuit.

Giſippus.

Solus necare; ſolus & volui necem.
Mucroque caedenti ad manus forte fuerat,
Ablatus a me nemini; haud meus tamen
Dixiſſe plura nolo: nec opus cenſeo.
Solum nocentem merita, fac, poena maneat.

Varus.

Manebit ergo. Lictor age! ſcelus abripe,
Mox capite plectendum ſuo. —

ad Giſippum.

Sententia haec lata tibi.

Giſippus.

Sint plurimae laudes Diis,
Per quos ter optata mihi mors tandem obuenit!
Tibique Conſul! quas rependam, neſcio,
Grates, benignam mortis ad ſententiam.
Haec ſola tandem ſumma miſero eſt gratia;
Vitam peroſus vbi meam, haud, morte potius
Quidquam habeo. Supereſt attamen, quod te rogem.
Concede, lictor, hasce Tito literas,
Poſt fata tandem ſed mea ferat; nuncium
Iſtud ab Amico dum ipſe iam ferre nequeo.

Varus ſecum.

Tito, hem! ſcrendas ſuo ab Amico literas?

ad Giſippum.

Fac modo! quis ille ſit Amicus? eloquere palam!

Giſippus

Giſippus an huic forte nomen? Aut tibi
Is ipſe notus?

Giſippus.

Noſco ceu memet virum.
Eſt ipſe, qui Tito ferendas tradidit
Has literas. Videbit hunc Titus breui,
Tandemque capiet, ſpreta quid valeat fides.
Noli rogaſſe plura, quae poſthac ſcies.
Iam pegma ſcando, & laetus in mortem ruo.

Varus.

Iam morere prout libuerit. — Aſt Flaccus redit.
Suſpende ferrum lictor! ad breuem adhuc moram.

SCENA VI.

Flaccus cum Tito ad priores.

Flaccus.

Res mira, Conſul! tibi nouum adduco virum,
Qui cauſſam Amici coram agere vinctus cupit.

Varus.

Quis ille? — Brutus nempe?

Flaccus.

Praeſentem vides.

Ambuſtus ſeorſim.

Vah! rerum iniquas denuo mearum vices!

Varus.

Quem video? — Fallor: anne iam Titus meis
Se praebet oculis; compede & dura quidem
Ligatus ipſe? — Quid nouae hoc rei putem?

Titus.

Mirum videtur id equidem, Conſul! tibi.
Sed parce! te cauſſa fugit. Haec me in vincula,

Quae

Quae Brutus inſons modo tulit, ſponte indui:
Ponenda nec ante, donec Amici integritas
Per me tibi ſatis pateat.

Varus.

Hem Tite! quid ego
Deſuper? — Itane me Conſulem ludis quoque?

Titus.

Nil ludo; mente ſed ago tecum ſeria.

Varus.

Perpende ſed cuncta magis. E vinclis reum
Dare liberum, me praeter haud alius poteſt.
Et liber attamen, ſolutus & ſua
Compede, meas iam Brutus euaſit manus;
Et te quidem ſcelus iuuante.

Titus.

Sit procul
A me nefas infame, ſcelus vt adiuuem.
Seruaſſe ſolum eſt animus inſontis caput.
Solus patratae nunquid eſt caedis reus,
Ad carcerem quem Caius ante ſuſtulit?
Nec facinus ille poterit abnuere ſuum.

Varus.

Luet ille meritas, en! breui poenas. Themis
Sed aequa ſceleris inde conſcios quoque
Haud eximit; quem pariter & Brutum arbitror.

Titus.

Siniſtra certe credulum te decipit
Opinio.

Ambuſtus ſeorſim.

Tace bubo! male gratum auribus
Ne repete carmen!

ad Varum.

Conſul age! tuam, impera,
Vt lictor actutum impleat ſententiam.
Quae Bruto agenda? melius exinde ſtatues.

Varus.

Ambuſte! tempus vtrique ſimul dandum eſt reo;
Dum cauſſa quoque ſimul ad vtrumque reſpicit.

Titus.

Aegre quidem ſuſtineo vidiſſe faciem
Latronis impii. Breue aſt, Conſul! tamen
Concede ſpatium. Noſſe fors quaedam dabit
Is ipſe nobis, dulce ſolamen mihi
Quae ferre poſſint.

Ambuſtus.

Scio leuamen, quod petis.
Amicum is exulem docere ſi queat,
Mox & latroni gratiam vitae dares,
Si quando foret hoc integrum tibi. Sed caue,
Ne, Tite! inuras nomini probrum tuo;
Quem magis Amici vita, quam cura Themidis,
Tenet anxium.

Titus.

Ah Ambuſte! nimium comprime
Furoris aeſtum. Prima ſemper eſt mihi,
Eritque cura Themidis; Amicorum altera.
Nec laedit Aequum, Conſulem quod flagito.
Ni res iniqua fors tibi fides erit,
Seruanda Amico ſemper.

Ambuſtus.

Haud impio tamen,
Ceu Brutus eſt. Et alter, ecce! literas

Per

Per hunc latronem mittit haud certo suo
Hoc nuncio melior: Amicus ast tuus.

Titus.

Sed enim quis hasce retinet?

Gisippus.

Hoc sunt in sinu,
Post fata demum nostra tradendae tibi.

Varus.

Has, iubeo, lictor! eripe inuito licet;
Titoque trade! — Vincla, miles! interim
Resolue Tito. Adesse liberum volo.

Gisippus.

Da, Consul! vt cadam ante lictoris manu
Peremtus, vt merui. — Bis ita morior miser.

Lictor.

Ad vota mox tibi securis seruiet.
Redde modo literas.

Gisippus

Itane mors iam mihi,
Decreta dudum, in plura differtur mala.
Vt saepius iam cogar adflictus mori!

Lictor.

En, Tite! literas. Ferire iam manus
Haec prurit. Adnutum aueo: Consul impera!

Titus.

Quid heu! quid isthaec sibi manus?

Legit alta voce:

Tito suo

„ *Gisippus vltimum vale dicit. Datum*
„ *Et pignus olim perfido reddit simul.*
„ *Mutata, Tite! mens mea est subito. Fames,*
„ *Quod ante retuli, mortis haud genus est meae.*
„ *Me lictor interimet. Sub ictu pendeo.*

Iuuate

*

Iuuate Superi! culpa & isthaec quoque mea est.
Tu Flacce! pro me caetera absoluas, precor!
Me nimius obruit pudor, & angor simul.

Epistolam Flaccus absoluit.

„ *Cruore nunc saltem ex meo rubor, velim,*
„ *Inficiat ora perfidi; ad fractam vbi prius*
„ *Mihi fidem, nec erubescere siquidem*
„ *Es ipse visus. Disce iam posthac miser,*
„ *Fidem tuis seruare sanctius. Vale!*

Titus.

Quot verba, tot iam fulmina heu! sentio miser.
Agnosco pignus. — Atque simul eheu! meum
Agnosco Amicum, tamdiu ignotum mihi;
Et fortis hunc quidem asperas inter vices.
Age, Tite! mente quod modo dignum tua
Iam fortis exsequere. Fides id exigit,
Salusque Amici, culpa quem tua perdidit.

ad Consulem.

Permitte, Consul! mente iam tibi integra
Vt cuncta pandam. Hunc precor, dato liberum!
Contestor astra! nec ille caedis est reus.

Gisippus

Vel mortis ergo gratiam, Dure! inuides.
Ne crede, Consul! lictor ah! tandem feri!

Varus.

Subsiste! paruam res adhuc moram petit.

Ambustus.

Ferire potius, Consul! ex templo iuuat.
Noli fouere tamdiu in sinu scelus.

Seorsim.

Seorſim.

Iuuate Furiae! rem malam Ambuſtus timet.

Titus.

Admitte pauca, Conſul! inſontem vt ſcias
Hunc exulem, ſuisque fatis proximum,
Certum patrati ſceleris autorem dabo.
En! ipſe (quid enim facinus abnuere iuuat)
En! ipſe caedis (horret attamen ſcelus
Referre lingua) en! ipſe caedis ſum reus.
Cruore fratris pollui hanc frater manum.
Quid plura? decerne mihi promeritas vices.

Varus.

Quae monſtra nobis, proh! feret haec adhuc dies?
Quid? Tite! credamne ſcelus hoc vere tuum?

Titus.

Ah! crede Conſul! nilque iam dubites velim.
Erinnis atrox occupauit hunc ſinum;
Fraterque, ſemet forte qui tulit obuium,
Eſt memorem ob iram miſſus ad ſtygem mihi.
Inſons vterque eſt, Brutus, & Graecus ſimul.
Decreta mortis ſit mihi ſententia.
Me, lictor! ad ferale iam pegma abripe!
Inſontis & loco nocentem percute!

Flaccus.

Portenta rerum, quae fidem prope ſuperant!

Caius.

Ergone Titus ſceleris infandi reus?
Quis iſta ſomniaſſet vnquam?

Ambuſtus ſeorſim.

Vah nigros
Sortis futurae prodromos!

Varus.

Varus.

Sana puto
Carebit mente Titus; impos & sui
Extrema tentat, quae misero suadet furor.

Gisippus.

Quid, lictor! etiamnum stupes? falsa loquitur
Impostor ille. Consul! ah tandem iube!
Petita mortis gratia vt fiat mihi.

Titus.

Iniuriam, o Amate! longe maximam
Ne, quaeso, gratiae tibi in locum pete!
Da Consul! insons ille liber vt fiat;
Sontemque plecte!

Varus.

Memet haud capio satis.
Ludarne; res serio an agatur, nescio.
Age, Tite! constans, fare, num verbis tenor?
Compone mentem, quaeso! sed prius tuam;
Et vera profer!

Titus.

Mentis, ah Consul! meae
Sat crede compotem. — Iouem statorem ego;
Aut siquid habeat Roma mage sanctum Ioue,
Adtestor vsque! nil mali hunc virum grauat.
Meum est nefas. Me sacra iam plectat Themis.
Et ecce! plura forte ne surdo canam,
Morasque nectam; en! ipsus in mortem ruo,
Infame quam scelus meretur. *

* *Ferale pegma conscendit.*

Ambuſtus ſeorſim.

Vadeſis!
Nil te moror. Leuabis a metu hunc ſinum.

Titus.

Giſippe! — Fratri cede iam locum, precor.
Ah! ne meis te porro fatis implica!
Sum fratricida fateor: & fractae ſimul
Fidei tuomet ab ore ſum reus. Luam
Ergo bis atra duplicem hanc culpam nece.

Giſippus.

Num fallor? — Anne Titus iſthaec ſerio?

Titus.

Ah! ſiquid vnquam, ſeria haec mente eloquor.
Stat, ecce! Frater! ſtat ratum pro te mori;
Et vltima quoque fata pro fide pati.

Giſippus.

Sat iſta, Tite! — ſtat meam pariter fidem
Seruaſſe ad aram integram. Pro te mori
Iam ſumma votorum mihi. Ruat illico
In me ſecuris! — Solue, Lictor! vincula.

Titus.

Giſippe! mentis comprime impetum tuae!
Saeuire, quaeſo, deſine in Titi caput!
Bis, heu! bis ita fratrem enecas.- Et hoc denique;
Hoc dabis amori noſtro, vt vsque mihi probrum,
Turpisque fractae fidei adhaereat nota?
Sed abſit! — Hanc labem mihimet eximam.
Ni tollat vltro lictor hoc nocens caput,
Soluam ipſe cunctantia ſecuris vincula.
Aut ſolus, aut tecum ſimul cadam miſer.

Varus.

Varus.

Proh Coelites! quae ſcena ſemet explicat?
Amicus ergo is ipſe iam Titi ſiat,
Qui ſe Phyaſten dixit antea, & quidem
Proprio ſibi nomine. Ludor etiamnum? Impii!

Titus.

Eſt ipſe, Conſul! fata quem immerita premunt.
Fac ergo; morte Titus hunc ſua vt eximat.

Varus.

Ambuſte! vtrique quid ſtatuam, anceps haereo?
Miles age! Titum in vincla rurſus coniice!

Ambuſtus.

In promtu adeſt ferenda modo ſententia.
Aut reus vterque ſceleris eſt; aut Conſulem
Vterque ludit: hinc ſimul poenas luant.

Varus.

At ecce! Vatem! nique fallor, & comes
Adhaeret ipſe Brutus, & liber quidem.
Quaerendus eſt ille prius, an peius nihil
Subſit rei; quod forte nos ludat magis.

Ambuſtus.

Vah! mille rapiant ad ſtygem haec monſtra Furiae!

SCENA VII.

Ad priores, Brutus, & Vates.

Vates.

Ignoſce, Conſul! — Non tibi vocatus equidem
Adſum. Sat opportunus attamen, puto,

Quod ipſe veniam; comite ſimul & Bruto quidem;
Quem cauſſa quoque ſua tibi praeſentem cupit;
Quin & aliorum forſitan, ſuis modo
Quos video fatis proximos.

Varus.

Quid denuo?
Quid iſta, Vates!

Vates.

Crede! bona; quin optima.
Sorte monitus ego, capitis haud quemquam reum
Hos inter eſſe refero, quos fontes putas.
Ignoſce ſingulis! ſcelus ſe denique
Prodet. Ita Sortis denuo oraclum mihi.

Varus.

Sed ille quis demum ſiat? Loquere palam!

Ambuſtus ſecum.

Me perditum! --- iam torquet, heu! ſcelus ſinum.

Vates.

Hem tibi! quid ſubito; Ambuſte! quid adeo ſtupes?
Noſtine temet fors reum? —

Ambuſtus.

Heu! fulmen cade!
Obrue ſceleſtum caput! & ſiquid eſt Ioui
Potentiae ſuper, in meum euacuet caput:
Vimque ſimul huc omnem furoris euomat.
Infamis ego ſum latro. Sat liquet ſcelus.
Hac Ambienus cecidit occiſus manu.
Siqua Themis ergo ſedeat in coelis adhuc,

Triſulcus

Triſulcus ignis abſorbeat, inque cineres
Redigat probrum hoc infame, quod me iam ſcelus
Eſſe facit, a me patratum.

Titus.

Contremo;
Stuporque totum permeat ſinum. — Ergone
Ambuſtus ipſe fratris occiſi latro?
Ebullit animo iuſtus in crimen furor.

Varus.

Effrons! ſceleſtum! tartari & dignum rotis
Caput! quod & iuncta ſimul Eumenidum cohors
Per mille partes illico in fruſta refecet.
Age, Lictor! in vincla ſcelus iſtud coniice!
Ferat ſceleſtus modo ſuasmet compedes,
Quas impius aliis parauit antea.
Profare ſceleris ſed modo cauſſam tui!

Ambuſtus.

Anhela honoris hoc ſitis ſuaſit. Nouae
Mecum Ambienus aemulus Prouinciae
Quum fuerit, e medio peremtum ſuſtuli;
Brutique mihi chalybs ad opus hoc ſeruiit;
Saeuum iſte crimen vt lueret; meum & nihil
Grauaret aduerſi ſinum. Series patet
Sic tota ſceleris. Redde promeritas modo
Lictor! vices: mox aemulum ad ſtygem ſequar.

Varus.

Sequeris haud dubita. Tibi meritas breui
Curia ſecures faſcium loco dabit,
Quas ſcelere quaerebas tuo. Nunc ocyus

Hinc esto procul. Infame scelus hoc, impero,
In nigra carceris antra lictor abstrahe!
Dum crimen atrox morte promerita luat.

Ambustus.

Ergo nullum desuper fulmen cadit,
Quod impium, nefastum me proterat?
Aut nulla surgit e nigra styge Furia,
Abominandum quae caput secum abstrahat?
Pateant auerna; meque viuum deuorent!

SCENA VLTIMA.

Omnes praeter Ambustum.

Varus.

Factum optime! purgauit aspectum scelus.
Miles age! Titum, nobilem & simul Aduenam
Suis vtrumque vinculis fac liberos!
Est sua quoque merces danda Virtuti integrae;
Scelus vbi perfidum meritas tulit vices.
Adeste modo ter amata nobis Pectora!
Tu simul adesto & Brute! Fratrum nobilis,
Miranda Trias! — En! Varus Iudicem exuit,
Antea seuerum; Caussa quem sed ipsamet
Talem esse voluit; vestra quo magis fides
Conspicua & vrbi fieret, ac orbi simul.
Veniam date, precor! probra qui forte intuli.
Proclamo vosmet liberos: siquid & adhuc
Petieritis, agam; fama redeat, vt integra.

Titus.

Titus.

Grates Superis! — respiro. — Liberior meat
Vitalis aura, dum mihi saluos licet
Vidisse Amatos. —

ad Gisippum, & Brutum.

Vestro, Amici! millies
Saluete Tito! —

Gisippus.

Salue, Amicorum optime!

Brutus.

Salueto Tite! —

Titus.

Sat modo. Te iam singuli,
Consul! precamur; nosmet, haut merita quidem,
Dignare venia; nempe quod lusum Viro,
Deuota flexo Roma quem poplite colit.
Ignosce tamen! — en! finxit hos amor dolos.
Nostrum alter vt seruaret a fato alterum,
Arcta inuicem adstricti fide, vitam quoque
Prodigere vidisti paratos propriam.

Gisippus.

Ita Consul! vltimam cruoris & modo
Sacrabo guttam; qua noua probetur fides,
Iurata Tito rursus integra quae siat.

Brutus.

Vtrique Brutus, fata fidus ad vltima,
In mille mortes, & nigram ad stygem quoque,
Sors quando velit, comes erit.

Omnes.

Omnes.

O amor! o fides!

Vates.

Digna, Hercle! quae aureo notetur calculo.
Sic nempe, quid amor, quid fides vera valeat?
Hodierna vidit pariter, ac ſtupuit dies.

Varus.

Sat itaque: Centum victimas, Vates! neca;
Integra Tonanti vt firmet Hecatombe fidem.

V. I. O. G. D. & I. V. M.

* *

Innhalt des Spieles.

Daß auch sogar die wahre Freundschaft den feindseligen Anfällen des widrigen Geschickes unterworfen sey, überzeuget uns das Alterthum, und die Geschichte durch unzählige Beyspiele. Zum Beweise dieser Wahrheit wird die Schaubühne zween große Männer vorstellen, die einander sowohl an Vorzügen des besten Adels, als andern vortreflichen Eigenschaften vollkommen ähnlich waren. Der erstere Flavius Titus Quinctius war von Geburt ein edler Römer: der ander Gisippus mit Name von Athen. Dieß war der Ort, wo diese zwo edlen Seelen die ersten Früchten der reinsten Freundschaft genossen; die ihnen aber Rom gar bald vergället hatte. Gisippus mußte zuerst die Schläge des unerbittlichen Schicksales empfinden; indem man ihm aus keiner andern Ursache, als wegen der innersten Freundschaft, die zwischen ihm und dem Titus vorgieng, zur Schuld legte, oder ihn doch wenigst im Verdachte hatte, als wäre das damals entstandene Mißverständniß zwischen den Römern und Athenienſern von ihm angesponnen worden. Er wurde dann alsogleich in das Elend

verwiesen, und irrte lange Zeit als ein Vertriebener herum; bis ihn endlich ein Zufall nach Rom brachte, wo er sich wegen der alten Freundschaft mit dem Titus ein bessers Glück versprach. Aber er mußte daselbst gerade das Widerspiel erfahren; denn die Mißgunst des neidischen Glückes brachte ihn soweit, daß er sich selbst durch Enthaltung von aller Speise den Tod anthun wollte: er wurde aber hieran gehindert, und auf neues wegen einem ihm aufgebürdeten Laster in das Gefängniß und Fessel geworfen; und da Titus das von Hunger und Elend ausgezerrte Angesicht seines Freundes nicht erkannte, durch ihn selbst zum Tode verurtheilet. Der arme Gisippus befand sich schon wirklich auf dem Richtplatze, als er gählings von seinem Freunde Titus erkannt wurde, der ihn auch dem schmählichen Tode zu entreißen, sein eignes Leben und Ruhm für ihn wagte. Rom aber selbst über eine so zärtliche Freundschaft entzücket, bestättigte großmüthig die ausnehmende Treue standhafter Freunde.

Ein gleiches Beyspiel von auserlesenster Freundschaft entlehnten wir zum Singspiele aus dem wie immer fabelhaften Alterthume. Orestes und Pylades schienen uns die füglichsten zu seyn, die wahre Freundschaft, entweders zur Bewunderung, oder zur Nachfolge auf unsrer Bühne zu zeigen. Wovon das Mehrere aus jedem Dichter zu ersehen.

Kurze

Kurze
Verfassung
von
beyden Spielen.

Erster Theil des Singspieles.

Bey dem Altare der Diana wird die falsche von der wahren Freundschaft durch ein Wunder entschieden.

Erster Auftritt. Iphigenia begiebt sich mit ihrer Gesellschaft in den Wald, ein der Göttinn gefälliges Opfer beyzuschaffen. 2. Indessen kömmt Orestes, und Pylades mit noch zweenen Gefährten auf der Insel Taurus, eben zum Altare der Diana an: Wo Orestes von seiner Gewissensunruhe sollte befreyet werden. Ein sonderbares Wunder aber giebt eben da die Entscheidung zwischen wahrer, und untreuer Freunden. 3. Pylades in der wahren Freundschaft gestärket; 4. verpflichtet sich, dem Orestes bis in den Tod zu folgen.

Erste Handlung.

Erster Auftritt. Sisippus wegen den Mühseligkeiten seines Elendes, sogar auch des Lebens überdrüßig, besonders weil ihm auch Titus,

sein ehemal vertrautester Freund, untreu zu seyn geschienen hatte, entschliesset sich in einer Hölle bey Rom aus Hunger zu sterben. 2. In eben dieser Gegend ermordet gähling der Ambustus aus Ehrsucht den Ambienus, des Titus Bruder; und suchet die Schuld auf den Brutus, noch einen Freund des Titus zu werfen; 3. den er auch im Vorbeygehen meisterlich täuschet. 4. Brutus klaget über das böse Schicksal seines Freundes. 5. Unterdessen suchet Cajus ein römischer Rottmaister den Thäter auf. 6. Titus selbst, wegen dem zweyfachen Verlurste, sowohl seines Bruders, als seines besten Freundes auf das äußerste bestürzet; 7. begiebt sich in den Tempel der Fortuna, von dem Oracul einen Trost zu erhalten. 8. Indessen wird der noch unbekannte Gisippus aus seiner Hölle hervorgezogen; des verübten Todschlages schuldig gehalten; und in den Kerker geschleppet. 9. Ambustus aber geräth wegen diesem unverhoften, und seinem Vorhaben widrigen Zufalle in eine große Verlegenheit.

Zwischenmusik.

Der Priester der Fortuna verrichtet für den Titus das Opfer; und erhält ein zweyfaches Orakul: Erstens; daß die bedrängte Treu in den Fesseln schmachte: und zweytens; daß sich das Laster selbst verrathen werde.

Zweyte Abhandlung.

Erster Auftritt. Da der Priester aus dem Tempel hervortritt, suchet ihn auch Ambustus um einen

Ausspruch

Ausspruch der Götter, wegen seinen angesponnenen Handel an. 2. Er wird auch seiner Bitte von dem Priester gewähret, und tröstet sich mit bester Hoffnung. 3. Jedoch er mußte nur eine traurige Vorbedeutung sehen; worüber er in vollen Zorne den Priester verläßt. 4. Dieser befremdet sich über den Unmuth des Mannes; eilet aber, dem Titus den zweyfachen Ausspruch der Götter zu ertheilen. 5. Wodurch doch der Titus wegen der befragten Sache noch immer zweifelhaftig, den Priester einen neuen Ausspruch von den Göttern zu erhalten bittet. 6. Brutus suchet indessen den Bedrängten zu ermuntern; Wird aber auf der Stelle durch den Cajus, auf Befehl des Burgermeisters, von der Seite des Titus abgefodert, zu dessen grösten Leidwesen. 8. Ambustus trachtet den Titus von dem Entschluße, diesem seinem Freunde nach Möglichkeit zu helfen, abwendig zu machen: 9. Jedoch umsonst.

Zweyter Theil des Singspieles.

Die wahre Freundschaft erhält ihren Lohn.

In einem Auftritte.

Die Hirten bringen der Iphigenia den Orestes, und Pylades zum Altar, um einen hievon zum Schlachtopfer zu wählen. Iphigenia kündet also einem aus beyden den bevorstehenden Tod an; wiewohl zu ihrem äußersten Leide selbst. Hierüber entstehet zwischen beyden ein heftiger Liebesstreit; da einer für den andern, und vorzüglich der Pylades wegen der geschwornen Treue für den Orestes

sterben

sterben wollte. Endlich entwickelte sich die ganze Sache wunderbarer Weise; und Pylades erhält nicht nur durch seine Treue sein, und seines Freundes Leben; sondern verschafte zugleich der Iphigenia den größten Trost, ihren längst verlohrnen Bruder Orestes in ihre Armen zu bekommen.

Dritte Handlung.

Erster Auftritt. Cajus, und Flaccus, welche begierig auf den Ausgang des Handels warten; 2. werden von dem Burgermeister abgeordnet, dieser den gefangenen Fremdling, jener den Brutus aus ihrem Gefängniße herbey zu führen. 3. Ambustus bestrebet sich indessen das Urtheil beyder zu beschleunigen; und zugleich den Titus zu verschwärzen. 4. Indessen wird Gisippus unter dem Namen Phyastes in Fesseln vorgeführet; ohne dem Titus; dessen Abwesenheit den Burgermeister in zweifelhafte Gedanken setzet. Er läßt also durch den Kerkermeister den Brutus berufen: 5. und fället unterdessen das Urtheil über den Gisippus, welcher die ganze Schuld auf sich allein beruhen läßt. 6. Wider alles Vermuthen aber erscheinet Titus in den Fesseln des Brutus; worinn er Anfangs die Unschuld dieses seines Freundes vertheidiget: bald aber nach ungefähr erkannten Gisippus, sich selbst zum Brudermörder bekennet, um seinen unschuldigen Freund vom schmählichen Tode zu erretten. Da nun beyde gegenseitig um den Tode stritten, erscheinet auch endlich 7. unter

Auf-

Anführung des Priesters der Brutus. Worauf sich der ganze Handel entwickelt; der Ambustus sich selbst verräth, seine schwarze That bekennet; und zu gemessener Strafe gezogen wird. 8. Die Unschuld aber erhält ihre Freyheit, und die wahre Treue, und Freundschaft ihren Lohn und preiswürdigste Anrühmung.

Personen des Singspieles.

Pylades. Der hochwürdige Herr Mathias Schmid, SS. Theol. & SS. Can. Cand. in Eccl. Cathed. ad S. Paulum Canon. hochfürstl. Hofkapellan, und Hofpaßist.

Orestes. Der hochwürdige Herr Fortunat Kürzinger, SS. Theol. & SS. Can. Cand. Sacerdos, hochfl. Hoftenorist, und Kapellpräfect.

Iphigenia. Franz Georg Fuchs, Rudimentista, Alumnus Weihenstephanensis.

Nicias, und Medon, | untreue Freunde des Orestes, | Joseph Götz, Poeta. Jakob Pernclau, Poeta.

Schutzgeist der Freundschaft, Joseph Vögl, Grammatista, Alumnus Weihenstephanensis.

Das Gefolg der Iphigenia, aus Amazonen und Hirten bestehend.

Perso-

Personen in der Handlung.

Der hochwürdige Herr Franz Xavier Fortner, SS. Theol. & SS. Can. Cand. Prouisor zu Pfaffenhoven nächst Rosenheim. Ambustus.

Der wohlehrwürdige Herrr Franz Xavier Waldherr, SS. Theol. & SS. Can. Cand. Ingolstadii Electoralis Collegii Georgiani Alumnus. Varus römischer Burgermeister.

Herr Hyazint Hiendle, SS. Theol. & SS. Can. Cand. Priester der Fortuna.

Herr Vincenz Pall, SS. Theol. & SS. Can. Cand. Titus.

Herr Lorenz Franz, Philos. Cand. Gisippus.

Herr Silvester Aman, Philos. Cand. Brutus.

Maximilian Arckauer, Rhetor. Ambienus, des Titus Bruder.

Casparus Häckl, Rhetor. Cajus, Rottmeister.

Franz Xavier Jungbauer, Rhetort Flaccus, Rottmeister.

A. Z. G. E. G.

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Ullinger, Augustin, 1746-1781 [Komponist]

Fata Amicorum Tragoedia Cum Dramate Musico Ludis Autumnalibus Exhibita, Atque Amplissimis Honoribus Celsissimi, Ac Reverendissimi Domini Ludovici, Iosephi Ex Illustrissima, Ac Antiquissima Prosapia S. R. I. Lib. Bar. De Welden In Hochenaltingen, Et Laubheim, S. R. I. Principis Et Episcopi Frisingensis Domini, Domini Clementissimi A Devotissimis Musis

[Freising] [1779]

Bavar. 593#Beibd.2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10372240-9
VD18 14594692